

IACOBVS VINCELIVS MEDICVS.



Jacobus honesto loco natus, atq; piē educatus est. Is cū bona indole ornatus esset, maturo con filio operam līteris dedit, & prima rudimenta ī patria fōeliciter percepit. Postea sese ad celebres Germaniæ Vniuersitates recepit, atque ī primis Philosophiæ magna industria incubuit, & pluri mūm in ea profecit. Inde quoq; Medicorū studia coniunxit, atq; tāta assiduitate audiendo & legendo perrexit, ut eius facultatis suprema insignia & ornamenta impetraret. In primis autem eius industria Ihenæ innotuit, atq; ob multarum scientiarū cognitionem inter eius academiæ professores receptus fuit. Eam functionē is modesto animo suavit, atq; magno auditorum fructu Medicorū placita doctē exposuit. Varios etiam aeribus naturulibus tractatus conscripsit, ac duos libros de prodigijs composuit, quī breui magno studiosorum emolumento in lucem edentur. Hac ratione Jacobus etiamnum pergit, atq; suis uirtutibus omnibus bonis innotescit. Anon.